



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1351 usque ad annum 1414

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118278**

§. 7. Ordinum religiosorum multiplicatio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66293](#)

recognoscebat Episcopus : qui cum in propinquo esset, præ quovis alio poterat ad observandam regulam illum adigere.

### §. VII.

#### *Ordinum religiosorum multiplicatio.*

**Can. 13.** Ne  
nimia. extr.  
9. extr. de  
relig. dom.

**Reg. fus.**  
n. 36.

Idem concilium Lateranense anno 1215 noluit excogitari novas congregations sive Ordines; ne nimia eorum varietas confusionem gigneret in Ecclesia; sed, quisquis Ordinem amplecti cuperet, illum jam approbato dare nomen jussit. Hæc inhibitio erat sapientissima, purissimæque antiquitatis genio congruebat. S. Basilius in suis institutionibus quærerit, an expeditat eodem in loco esse duo cœnobia? Non agit de duobus Ordinibus, sed tantum de duabus domibus ejusdem instituti: ac respondet negando duabus ex rationibus. Prior, ait, est, quod non facile unus aliquis Præses egregius, multo difficilius duo tales inveniantur: altera, quod cœnobiorum multiplici-

tiplicatio sit causa discordiae. Initio non nisi laudabilem ad imitationem sui stimulabit illud, quod regulam melius observabit: dein æmulatio vertetur in invidiam, contemptum, alienationem animorum: alterum nocere alteri, & ignominiam inurere studebit: tanta est naturæ corruptio. Ipsi ethnici pro fundamento civilis *Plat. Res.*  
*prudentiæ statuerunt, ut Respublica, publ. lib. 5.*  
*quatenus possit, esset una, & omne v. 418. gr.*  
 dissidii semen ex civitate removeretur. Quanto plus entendum, ut hoc a malo defendatur Christi Ecclesia fundata in concordia & charitate perfecta! Conficit corpus unicum, cuius ille caput est; & cuius membra interfesse omnino consentire, aliaque aliis nihil non debent ignoscere.

Quot autem dantur Ordines religiosi, totidem sunt corpora, & quasi totidem Ecclesiæ parvæ in Ecclesia universali. Ex communi hominum sensu nequit fieri, ut Ordo aliquis institutum aliud tanti æstimet, quanti suum facit; & ut quemlibet Religiosum amor sui non impellat  
 ad

ad præferendum, quod elegit, vitæ genus; ad exoptandam societati suæ, quam cuiquam alii, majorem opulentiam & nominis celebritatem; & ad compensandam hoc modo molestiam, quam natura capit ex privatione rerum omnium privato jure possidendarum. Quivis Religiosus id bona fide a se ipso perquirat, velim. Solius æmulatio virtutis si ferveret, num lites de primis partibus, ac de honoribus cerneremus, & tam acres controversias, cuius Ordinis fuerit hic Sanctus, vel author istius libri pii?

*Hist. l. 85.  
§. 48.*

Sapientissime proin vetuerat Lateralense concilium, ne novi Ordines instituerentur. Sed decretum ejus tam parum observatum est, ut multo plures admitterentur postea, quam cunctis seculis prioribus. Motæ sunt hac de re querimoniæ in concilio Lugdunensi sexaginta post annis habitæ: repetita ibidem interdictio: suppressi quidam Ordines novi: deinde vero introducti alii, & aucti semper fuere.

§. VIII.